Würzburg, um 1255/1260

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift



sermones tuos. In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me a mandatis tuis. In corde meo abscondi eloquia tua: ut non peccem tibi. Benedictus es domine: doce me iustificationes tuas.
In labijs meis pronunciaui: omnia iudicia oris tui. In uia testimoniorum tuorum delectatus sum: sicut in omnibus diuitijs. In mandatis tuis exercebor: et considerabo uias tuas. In iustificationibus tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos. Ps. Retribue seruo tuo uiuifica me et custodiam sermones tuos.
Reuela oculos meos: et considerabo mirabilia de lege tua. Incola ego sum in terra: non abscondas a me mandata tua.
Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. In